

Irrtum und Mißverstehen spielt immer in der Neuen Komödie eine große Rolle⁴⁴). Aber gerade in der Samia, wo es nicht um Aufklärung eines Grundirrtums durch Anagnorisis geht, hat Menander die Komik so vorzugsweise auf Mißkennen und Mißverstehen aufgebaut, wie kaum jemals sonst; das Verfahren, das etwa in Plautus' *Aulularia* auf die eine Szene 731 ff. konzentriert ist, zieht sich durch das ganze Stück und prägt jede Szene und jeden Dialog. Und die Komik hat gleichzeitig den Ernst und die Tiefe, wie sie nur Menander seinen Schauspielen geben konnte: hinter der lächerlichen Oberfläche steht die Gefährdung, ja die Tragik menschlichen Schicksals. Die Existenz der unschuldigen und hilfreichen Chrysis, das Leben von Moschions Sohn, die Liebe Moschions und Plangons stehen auf dem Spiel und ihre Rettung hängt an der endlichen Erkenntnis der Wahrheit.

Graz

Franz Stoessl

DE TERENTIANI CODICIS FRAGMENTO INEDITO

Inter poetarum Latinorum fragmenta manuscripta, quae collecta quidem in Treverorum bibliotheca urbana, publici iuris autem non facta esse eius bibliothecae praefectus Ricardus Laufner, vir doctissimus, me docuit, codicis Terentiani fragmentum vidi, quod anno 1868 is, qui tum bibliothecae erat praefectus, in tegumento libri interiore, cuius libri auctorem et indicem nescio quo pacto non commemoravit, repperit. Fragmentum adglutinatum tegumento dissolvit, Terenti esse statuit, suo loco condidit¹).

In perscrutandis autem libris, quae incunabula vocantur, quamquam eorum numerus est ingens librorum, tamen arte et ratione inductus Fortuna adiuvante Ricardus Laufner illum ipsum librum nuper invenit, quem requisivimus.

Est "*Codex Monasterij S. Mathie Apostoli prope Treviros*", in

44) Material bei G.E.Duckworth, *The Nature of Roman Comedy*, Princeton, Univ. Press, 1952, S. 140ff.

1) Ipse adnotavit: „Von einem Buchdeckel gelöst 1868. Sch“(oemann).

quo legitur Ambrosii de Spiera Quadragesimale quoddam, anno 1488 Venetiae apud Bonetum Locatellum impressum²⁾. Tegumentum libri non Venetiae, sed in ipso monasterio Treverensi factum esse ex huius tegumenti inscriptionibus et sigillis satis apparet. Unum enim sigillum imagine S. Matthiae ornatum verbis "*S. mathias apostolus*", alterum imagine S. Mariae exornatum lingua vernacula verbis "*hilf Maria*" circumdatum est.

Fragmentum Terentianum in priore tegumento erat, in inferiore parte alterius invenies membranam quandam, quae plane aliunde est tracta.

Est autem membranaceum una ex parte integrum, ex altera, cum adglutinata esset, paulum oblitum neque ita corruptum, ut ea, quae scripta sunt, non cognoscantur. In ipso tegumento etiam litterae harum paginarum adglutinatarum accurate expressae exstant, quae speculo adhibito perfacile legantur.

Fragmentum est duorum tantum foliorum, quorum utrumque marginem undique decurtatum, alterum in latere magis quam alterum mutilum praebet, textum ipsum incolumem.

Membrana ut nunc est, lata est 25 cm, alta 17,5 cm. Utrumque folium fere latum 15 cm, altum fere 24 cm fuisse et ex scholiis, quae in margine leguntur, et ex ea parte marginis inferioris membranae, quae ex incunabulis haeret ibique adhuc infixae est, magna cum probabilitate colligi potest. Folium illud maius exhibet et recto et verso viginti quinque lineas, alterum viginti tres recto, verso autem viginti quinque.

In folio maiore leguntur recto versus Terenti Phormionis 63–84 (fratrem-curarant), verso versus 84–105 (patres-pulchritudinem), minore Hecyrae recto versus 784–798 (quid mi – amicos iunget), verso 799–813 (edepol-audierit).

Quae sunt pro nonaginta octo lineis scribae septuaginta duo versus Terenti, quorum una pars ex senariis, altera ex versibus ut ita dicam longioribus constat. Quae cum ita sint, ex ratiuncula quadam elucet codicem nunc deperditum folia fere centum septuaginta habuisse, si codex ille omnes fabulas Terenti erat complexus³⁾.

Codex ita est exaratus, ut singuli versus singulis lineis non

2) cf. Voulliéme, Ernst: Die Inkunabeln der öffentlichen Bibliothek und der kleineren Büchersammlungen der Stadt Trier. Leipzig 1910 (28. Beiheft zum Zentralblatt des Bibliothekswesens) p. 133 Nr. 2093, ubi pro 28. legas 20.

3) Exstant fere 6200 versus Terenti, quorum fragmentum servat 73, quae faciunt fere centum lineas.

respondeant. Initium autem versuum indicatur littera maiuscula eaque rubro colore vel potius purpureo fucata, indicatur maiusculis suo quaeque loco persona, quae loquitur, exhibentur scholia et inter lineas et in margine scripta. Fragmentum iis litteris, quibus scribae aetatis Caroli Magni usi sunt, accurate scriptum est, notae rarissime adhibitae sunt, rarius quidem quam in codice Ambrosiano *F*, quem exempli causa laudo, singula verba ut recte distinguantur scriba voluit.

Codicem, cum de eius aetate interrogavissem harum rerum peritissimum virum doctum Bernhardum Bischoff, saeculo decimo exeunte esse scriptum se censere prompte et benigne respondit ac monuit, antequam de sigillis tegumenti certior est factus, fortasse scriptum esse in ea parte Germaniae, quae spectat ad solem occidentem.

Quae cum ita sint, haec membrana primum atque unicum adhuc est vestigium, ut videtur, codicis Terentiani, qui illo tempore hac in regione exstitit^{3a}). Accedit et aetate et pondere ad pauca reliqua fragmenta, quae ab editoribus in librorum indice manuscriptorum numerantur.

His rebus expositis pauca de recensione dicamus. Contuli fragmentum cum codice *F*⁴) et cum iis exemplis, quibus et Umpfenbach⁵) et Prete⁶) usi sunt. Fragmentum Treverense more editorum littera Graeca τ designavimus.

Hae variae lectiones exstant in Hecyra:

- 784 mihi istaec: istec mihi *FD* ista hec τ
 non: *om.* τ
 tute ipse: tu ipse *P*
 785 explete: exple *C²P² δ EFBv τ ⁷*
 Laches: Lacches *F*
 786 Bacchis: Bachis *CE*

3a) Ac iam alterum in publicum prodiit huiusmodi fragmentum Terentianum. — cf. G. Maurach: Fragmente einer bisher unbekanntenen Terenzhandschrift. Mus. Rhen. vol. 115 p. 242–249.

4) Terentius Codex Ambrosianus H. 75 inf. phototypice editus. Praefatus est Ericus Bethe. Lugduni Batavorum 1903. (Codices Graeci et Latini photographice depicti duce Scatone de Vries Tomus VIII).

5) P. Terenti Comoediae ed. et app. crit. instruxit Franciscus Umpfenbach. Berlin 1870.

6) P. Terenti Afri Comoediae ed. Sextus Prete. Heidelberg 1954.

7) Fehl, Jürgen: Die interpolierte Recension des Terenztextes. Berlin 1938 (Neue Deutsche Forschungen 189) p. 105 sq. ut cum vocativo „Laches“ congruat verbum, correxerunt.

- 787 vis an vin legerit τ diiudicari non potest
intro: intra τ
i: li τ
eis: iis *AFC* τ is *P* his *E*
coge: *om. CEF* τ
- 788 eis *A* iis *DC* τ is *P* his *EF*
- 790 At haec: hę *F* hae *CDEP* Ateę mice τ
resciscent: rescissent τ
- 791 cognorint: cognoverint *CDEFP* cognoverit τ
- 793 perii: peri *CP*⁸⁾
me sequimini: me. sequimini me *CEFP* τ
- 795 se segregarit: segregaret *F* (*corr.*) segregrit *P* (*corr.*)
- 798 referent *AD* referetque *CEFP**Lbt*
gratiam ei: gratia mei τ
iungit an iunget legerit τ diiudicari non potest
- 799 meam: mea *vel* meā τ
desedi diem: desediem τ , *ipse corr.*
- 801 Myconium: miconium *EF* τ
exspecto: expecto *F* τ , s *superscr. C*
Callidemidem: callide midē *D* callide idem *C*, m *superscr.*
ut legas callidem idem callidem idem τ
- 802 illi: illic *CDEFP* τ
- 804 at: ad *C* τ
Callidemides: callidem ides τ callide mides *F*
ecquem: hęcquem *P* eոquem *F* (*inseruit c inter o et q*)
ec quem τ
- 805 neque eum τ *rell.* neque enim *F*
- 806 Bacchidem: bachidem *Et cf. v. 786*
- 807 adfine: affine *EF*
huic: huc τ *superscr. i* (*forsitan Schol.*) hic *F superscr. u*
- 808 opportune: oportune *CDEF* τ
offers: offeres τ
- 809 rei: rei τ *ex rem rasura corr.*
- 811 cognosse: cognosce *DEF* τ *rasura corr.*
Myrrhinam: mirrhinam *EF* mirrinam τ
- 812 mihi: τ *om.*

In Phormione inveniuntur hae variae lectiones:

- 63 Chremem: chremē *C*, *ut lineola sit a C*² (*Umpfenbach*)
Chremen τ

⁸⁾ Cf. Mueller, J.: De veterum grammaticorum in Terentio studiis criticis. Diss. Münster Aachen 1926, p. 12 sq.

de pot. n. mea. et in ee. operam de parat
 darui pti. Quobrem nullam misit
 frustra ubi eorum de fidiem;
 conum hospitem dum ex peto in aere
 allidem idem. Itaq; meptus hodie
 tum illie sedeo. ut quisq; uenerat
 ce debam; adulescens; die dum quisq;
 stu miconius; Monium ad callide
 des; non; hospitem ee quem pamphilu
 e habes; omnes negabant; Neque tum
 quemquam ee arbitror; Denique
 her cle iam pudebat. Abi; Sed quid
 bachelidem; Ab nostro ad hunc ex eun
 tem uideo; quid huc hic est rei;
 ar memo oportune ee of feres; prope re
 cupere ad pamphilum; PAR. Quid eo
 die me orare ut ueniat. PAR. ad te
 BA. In quo ad philumenam;
 quid re i est; BA. tu a quod nihil re fert
 percontari desinas; PAR. Nihil aliud
 dicam; BA. et iam cognosce anulum
 illum murtinam; Gnaty sui fuisse;
 quem ipse olim dederat; PAR. Scio;
 anticum ee; BA. tantum aderte
 conuino hoc ubi ee te audierit.

fra trem m...
 quidru. geta. quid. eius gnatum phestriam
 Variquam te. geta. euenit senibus ambobus
 senul; Iter. illi in lenu ut esset nostrone
 utiam; Ad hospitem antiquu u' teni per
 epistolas. Pellexit modo non montes
 auri pollicens; Qui tanta erat res. et super
 erat. geta. desinas; Sic est ingenium
 dau. dregem me ee oportuit; geta. Ab e
 antes ambobus tum senes mesilus;
 Relinquam quasima gistrum. dau. o geta
 Pro uinciam cepisti duram. geta. mihi uis
 uerit hoc scio; Memini relinqui me deo
 natom eo; Cepi aduersari primo; quid
 uerbas opus est; Senes fidelis dum sum
 scapulas per didi. dau. uenere in mentem
 mihi ista ee; namque inscrua est
 Aduersus stimulum calces. geta. senibus
 omnia. Facere obsequia que uellent.
 dau. senis uti foro; Moser malum
 que qua primo hic phestria; Continuo
 quondam natus; puellalam; Geta
 pstram hanc amare cepit per dicit;
 Geta ser uebas lenoni impurissimo;
 Neque quod daretur que quam id eua p...

Fragm. Trcv.: Ter. Hec. v. 799-813

Ter. Phorm. v. 63-84

- 65 senibus: senibus *ex* sensibus *CP*
 epistulas: epistolas $C^2E^2FG\tau$ epistolam E^1
- 68 montis: montes $C^2\tau$
- 69 DAU: *om.* τ
- 71 hic *A* hinc *rell.* (*Umpfenbach*) *at contra*: hic ω *editt.*
 (*Prete*) *falso* hinc τ
- 72 provinciam: *ab initio sequentis versus habent FP* (*Umpfenbach*)
 provintiam τ , *indicat littera maiuscula rubro colore fucata ini-*
itium versus.
- 73 usus *ACPD* usu $C^2D^2pF\tau$ per usum *EGL* schol. τ
- 77 Venere... calces *Davo tribuunt CDFGP\tau* *et quae sequuntur*
rursus Getae (*Umpfenbach*)
 ista *ec* τ *istex* *F*
- 78 Advorsum: adversus $EFP\tau$ adversum G^9)
 eis: iis C^1D^1P is *A* his $C^2D^2EFG\tau$
- 79 foro: fero *F*
- 80 primo: a primo *F*
- 81 quandam: *ex* quondam *corr.* *P* quondam τ
 puellulam: puellam $CEfb$ (*Prete*) *at contra* EFG (*Umpfen-*
bach)
- 82 citharistriam: *v.* 81 *hanc vocem attribuit* *F*
- 85 nihil nisi: nihil *nium* τ
- 88 exadversum $GCPFEDb\tau$ ex adverso AD^2F^{210})
 ilico *A* ei loco $DC^2EFGP\tau^{11}$)
- 90 opperiri: operiri $CEFGP\tau$
- 91 illi *A* illic $CD^1EFP\tau$ illo D^2 illuc *G*
- 93 inquit: in/quid τ
- 95 hic ACP huic $DEFG\tau C^2P^2$
- 97 exadvorsum *A* exadverso $\omega\tau$ (*cf.* *v.* 88)
 benivolus *A* benevolens $\omega\tau^{12}$)
- 98 cognatus $A\tau$ *rell.* (*sed v. infra \tau-schol.*: vicinus)
 vicinus D^1G^{13}) (*cognatus* schol. *D*, *cf.* *Umpfenbach*)
 ne. vic. ne. cogn. *b* (*Prete*)
- 99 quisquam: quis nam τ
 adiutaret: *A* adiuvaret $CDGF\tau$
- 101 omnes: omnis τ

9) Cf. Fehl p. 130.

10) Cf. Mueller p. 90.

11) Cf. Fehl p. 135.

12) Cf. Mueller p. 69. propter homoeoteleuton verba esse mutata opinatur.

13) cf. adn. 12.


- 102 *versum om.* τ *iterata voce* ,eamus^c, *ut videtur, inductus.*
postea in margine inferiore, qui ex incunabulis haeret desectus,
scriba ipse litteris minoribus versum supplevit
- 104 videmus: vidimus τ , *ex videmus rasura*
- 105 *aderat AEFP* τ *erat CDGL*
adiumenti: adiuventia C

Non dubium est, quin τ ex illa Calliopi recensione, quae dicitur, ortum sit, quae res ex Phorm. 97, 99 comprobari potest¹⁴⁾, classis γ esse ex Hec. 793 et ex illo ,coge^c omissio, v. 787, satis apparet.

Erroribus congruit cum *FEP* in Phorm. 78, 105, pluribus cum *FE*, ut videas ex Hec. 785, 801, 811, saepissime cum *F*, ut videas ex Phorm. 67, 73, Hec. 784, 804.

Attamen τ textum codicis *F* ad verbum descripsisse statui non potest. Conferas Phorm. 63, 79, 80, 81, 82, Hec. 788, 801, 804, 805, 807. Atque invenies in τ errores peculiare, in Phorm. 67, 69, 85, 93, 99, 104, in Hec. 788, 801, 804, 805, 807. Congruit τ cum *P* in Phorm. v. 81, congruit – codice *F* semel excepto – cum codicibus alterius classis δ , in Phorm. 67, in Hec. 785, 801, 811, ut difficile sit intellectu, quomodo omnes inter se conexi sint.

Qui errores utrum communi ex fonte, qui Σ vocatur, manent, an ex illa contaminatione codicum, quae μ vocatur, orti sint, diiudicari vix potest¹⁵⁾. Quae cum ita sint, tamen hoc stemma, quod ex nostra quidem collatione, ut videtur, comprobare potest, proponere conamur:



14) Atque elucet ex distributione personarum. „Ob eam rem“ dat Lacheti, „vin ... eam“ Bacchidi *A.* Cf. Prete in app. crit. ad Hec. 787 et Andrieu, J.: Étude critique sur les sigles de personnage et les rubriques de scènes dans les anciennes éditions de Térence. REL 17, 1939, 105–140 et 330–366, p. 127.

15) De modo, quo singuli codices utriusque classis Calliopiani inter se conexi sunt, vix quisquam disseruit. At de memoria textus vetustiore satis disceptaverunt viri docti. Cf. Marti, H.: Terenz 1909–1954. Lustrum 6, 1961, 114–238 et 8, 1963, 5–101, p. 124 et Jachmann, G.: Die Geschichte

Est autem alterum indicium ex quo intellegi potest γ esse classi attribuendum, scilicet ordo fabularum. Quo enim modo duo folia plicata sunt eo cognosci potest, Hecyram prius esse, tum Phormionem sequi¹⁶). Si calculum posueris, videbis deesse quattuor folia inter eas Hecyrae et Phormionis partes, quae servatae sunt¹⁷).

Ac dixerit quispiam hunc codicem picturas habuisse, cum in illo folio minore, quod recto ex viginti tribus tantum lineis constat, spatium sit, in quo spatio codex *F* pictas praebet figuras¹⁸). Spatium illud indicat nihil aliud nisi unam partem fabulae finem cepisse, alteram incipere¹⁹). Si autem magnum numerum et formam minorem foliorum et linearum numerum comparas cum eo, quem praebent ceteri codices figurati, praecipue autem cum numero codicis *S* vel *L*²⁰), huius rei causam esse picturas opinaberis. Sed videas spatia, quae scriba sibi sumpsit, videas notas, quibus rarissime usus est.

des Terenztextes im Altertum. Basel 1924, p. 119. Classis γ princeps esse codex *C* iudicatur, minoris momenti esse et μ esse attribuendus *F* putatur. Cf. Jachmann, Gesch., p. 67 et id.: Terentius 36), RE V A (1934) p. 649, 19 sqq. Cf. Marti p. 133. De hac re distinctius et fusius scripsit Bethe p. 5-22 (cf. adn. 4).

16) Ordinem, quem Prete p. 40 et 43 proponit, non intellego. Est enim hic ordo rectus: Andr. Eun. Heaut. Ad. Hec. Phorm. Colligitur ex subscriptionibus comoediarum, cf. Prete p. 345 ad Hec. et Phorm., cf. Umpfenbach p. 426 et Büchner, K., in: Geschichte der Textüberlieferung der antiken und mittelalterlichen Literatur, Band I, Zürich 1961 p. 378.

17) Desunt 64 versus longiores Hecyrae et 74 senarii (una cum periocha) Phormionis. Si centum lineae 73 versus, 140 fere versus 200 lineas complectuntur, explentur quattuor folia.

18) Invenies Parmenonem et Bacchidem f. 95 recto apud Bethe.

19) Si quidem in cod. *F* per totum textum Hecyrae nulla distributio partium fabulae, nisi manu secunda (cf. Andrieu p. 335) vel ipsis picturis (cf. Jachmann, Gesch., p. 67 sqq. et Bethe p. 11) facta est, hoc spatium ex illis condicionibus interpretandum est.

20) cf. Bethe p. 5-30:

cod.	alt.	lat.	fol.	lin./fol.	
<i>C</i>	34	x	28	92	33
<i>P</i>	25	x	20	176	
<i>O</i>	28	x	21	174	25
<i>F</i>	26	x	21	120	27 (deest Andr.)
<i>L</i>	21	x	19	128	27/34/31
<i>N</i>	19	x	11	153	26
<i>S</i>	24	x	17	108	26
τ	24	x	15	170	25

Nunc de scholiis dicendum est. Verisimile est scholia esse scripta non multo post textum ipsum. Et calamus et atramentum vix inter se differunt. Notae quidem complures inveniuntur, quae res ex commentatione ipsa intellegi potest. Fere eadem sunt scholia atque in codice Ambrosiano²¹⁾.

Commemoremus haec:

Phorm. v. 66 scholiasta scribit Chremen ut supra in textu, v. 63, legimus.

66 esset: vel isset. *Invenies eandem fere variam lectionem ‚iret‘ in codice Vaticano regin. lat. 1496, qui exhibet schol. Donati.*

68 pellexit: deceptit *Fτ*. *Idem interpretati sunt ac Eugraphius, qui scripsit: deceptit, fefellit.*

71 o regem ... oportuit: ut diceret (liceret *F*) mihi iudicare iudicium aequum *τ*. *Legendo erravit τ, qui l pro d intellexit. Rectam lectionem servat F. Scholiasta aetatis Caroli Magni esse hoc loco facile demonstrari potest. Dixit enim iustitiam summam esse virtutem regis, quod plane abhorret ab eo, quod verba illa sibi velint, et quod veteres et Eugraphius ipse senserunt: regem esse ditissimum et potentissimum hominem.*

72 provinciam: id est providentiam *γ* (*cf. Wessner ad locum in app. crit.*)²²⁾.

73 usu venit: per usum *τ*. *Schol.-τ praebet variam lectionem, quam GEL in textu exhibent. v. supra.*

97 cognatus: vicinus *τ*. *Cf. supra varias lectiones. In F hoc scholion non invenitur.*

Ex Hecyra notemus haec:

803: accedebam: dicens *τ* et 804: non sum: respondebat *τ* *schol.-τ distribuit personas loquentes, ut fecit in Phormionis illo versu omisso et in margine inferiore posito:*

alius: respondit *τF*.

Quibus ex rebus elucet fragmentum Treverense non tam magni ad textum constituendum esse momenti quam ad illustrandam textus memoriam.

Scriptus est ille codex Treverensis ea aetate, qua ubique floruerunt studia Terentiana²³⁾. Testes sunt et Hrotsvitha

21) Cf. Bethe de scholiis cod. *C* p. 9, cod. *P* p. 11 sq., cod. *F* p. 19, quae cum scholiis *GEC*²³⁾ congruunt.

22) Donati quod fertur commentum Terenti. Accedunt Eugraphi commentum et Scholia Bembina. Vol. I-III, Lipsiae 1902-1908.

23) Cf. Schanz-Hosius: Geschichte der römischen Literatur. I. Teil: Die röm. Literatur in der Zeit der Republik. München 1966 (Hdb. d.

Gandersheimensis, quae, cum illa studia coercere voluit, floruisse satis demonstrat²⁴), et Gerbertus Aureliacensis, vir doctissimus ex ordine S. Benedicti, qui inter aequales favore veterum eminuit²⁵).

Etiam Augustae Treverorum, ubi artes et litterae domicilium habuerunt²⁶), laudatur celeberrimus archiepiscopus Egbertus (975–993), qui non solum libros conservandos, exarandos exornandosque, sed etiam bibliothecam monasterii S. Eucharii et Matthiae a Normannis vastatam restituendam curavit²⁷) atque anno 977 ordinem S. Benedicti ibidem constitui iussit²⁸). In catalogo illius bibliothecae saeculo XVI²⁹) manuscripto Terenti codices manuscripti non inveniuntur³⁰), commemorantur autem quattuor exemplaria Terenti „*impressa in papiro*“³¹). Adservatur autem in bibliotheca urbana codex Terentianus „*scriptus in papiro*“ saeculo XV exeunte, qui in eodem monasterio olim exaratus est³²).

Cum hic codex eodem tempore sit scriptus, quo incunabula, quae supra commemoravimus, a biblioepa una cum fragmento sint ligata, tamen illum papyraceum codicem esse apographon codicis τ, si cui forte haec res in suspicionem veniat, haud confirmabis³³).

Altertumswiss. VIII 1) p. 121 sq. et Garin, E.: Geschichte und Dokumente der abendländischen Pädagogik. I. Mittelalter. Reinbek 1964 (rde 204/206) p. 13.

24) Cf. Schanz-Hosius p. 121. Cf. Manitius, M.: Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters. 1. Bd. Von Justinian bis zur Mitte des zehnten Jh. München 1965 (Hdb. der Altertumswiss. IX 2, 1) p. 619 sqq. et p. 253 sq.

25) Cf. Garin p. 13 et p. 129 sqq. Cf. Norden, E.: Antike Kunstprosa. Vom VI. Jh. n. Chr. bis in die Zeit der Renaissance. Bd. I. u. II. Darmstadt 1958, II p. 896.

26) Cf. Traube, L.: Einleitung in die lateinische Philologie des Mittelalters hrsg. von P. Lehmann: München 1965 (L. Traube, Vorlesungen und Abhandlungen hrsg. v. F. Boll 2. Bd.) p. 132 sq.

27) Cf. Montebaur, J.: Studien zur Geschichte der Bibliothek der Abtei St. Eucharius-Matthias zu Trier (Römische Quartalschrift für christliche Altertumskunde und für Kirchengeschichte 26. Supplementheft) Freiburg 1931, p. 10–14.

28) Cf. Montebaur p. 12.

29) Cf. Montebaur p. 40 sq.

30) Cf. Montebaur p. 51.

31) In hoc catalogo (Sign. 2229/1751 8°) folio 230 recto nr. 27 et 29, fol. 230 verso nr. 30. fol. 258 verso nr. 115.

32) Codex a G. A. Kentenich describitur: cf. Beschreibendes Verzeichnis der Handschriften der Stadtbibliothek zu Trier. 10. Heft: Die philologischen Handschriften, Trier 1931, p. 1–3.

33) Classi γ attribuendus est. Cf. Kentenich p. 3. Nam Phorm. 315

Verisimile est hoc tempore negligentius esse permissum³⁴⁾, ut biblioepa foliis codicis membranacei propterea, quod et alter codex eiusdem Terenti „papiro scriptus“ et quattuor illa impressa exemplaria praesto essent, ad ligandos libros abuteretur.

Codicis lacerati folia esse dissoluta atque dissipata exstitisse putamus, cum τ , ut supra diximus, in uno tegumento tantum adglutinatum esset, in altero aliud fragmentum membranaceum aliunde depromptum³⁵⁾. Quae cum ita sint, fors ferat, ut inveniuntur in libris bibliothecae S. Matthiae eiusdem codicis fragmenta reliqua.

Haec sunt, quae enucleare conati sumus. Restat, ut gratias agam viris doctissimis et Bernhardo Bischoff, qui in eruenda aetate fragmenti opem tulit et Ricardo Laufner, quem iterum ac saepius adii, quem consului, qui semper me adiuvit atque benigne permisit, ut fragmentum ipsum eiusque specimen lucis ope expressum publici iuris faciam.

Augustae Treverorum

Severinus Koster

TERENZ, EUNUCHUS 46–57*)

Das dramatische Mittel der Selbstanrede im Monolog, bei der der Sprecher durch den Wechsel von der 1. zur 2. Pers. Sing. sozusagen seiner eigenen Person gegenübertritt, ist in der letzten Zeit durch neugefundene Stellen besonders deutlich geworden. In diesem Zusammenhang scheint es möglich, eine seit Jahrhunderten umstrittene textkritische Frage in Terenz' „Eunuchus“ einer Klärung näherzuführen.

Es handelt sich um die ersten Verse des Stücks nach dem Prolog. Phaedria tritt in Begleitung seines Sklaven Parmeno auf und überlegt, ob er in das Haus der Hetäre Thais eintreten soll oder nicht.

cum γ legit conspectum, 323 cum γ patris. Hec. 793 me sequimini me. Attamen et optimas lectiones praebet (recte Kentenich p. 3): Hec. 785 non omisit ‚coge‘, v. 812 scribit cum A ipsus, Phorm. 90 oppetiri. Ac legit Phorm. 99 cum Donato misertum est, Phorm. 103 pervenimus cum b^2 .

34) Cf. Montebaur p. 24 sq.

35) Est tractatus quidam de medicina.

*) Mein Dank gilt Herrn Professor K. Gaiser, der eine frühere Fassung dieses Aufsatzes durchsah und eine Reihe von Verbesserungen anregte.